



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Brvnone, Episcopo Avgvstano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

 DE BRVNONE, EPISCOPO
 AVGVSTANO.

HABVIT S. Henricus fratrem vnicum, nomine Brunonem, qui & ipse Catholicae Religionis veritatem, & doctrinam posteris Saxonie Principes ex professo docere posset, quippe qui Pastor fuit, & Episcopus Ecclesie & Ciuitatis Augustane, in qua templum S. Mauritij sumptibus fratris Imperatoris fertur extruxisse, in quo ipse honorifice tumulatus requiescit. Sorores vero habuit quatuor, quarum duae se vouerunt in statu Ecclesiastico Deo, Gerbirga Abbatissa Chimentis, & Sophia Abbatissa Padebornensis; duae aliae Sacramento Matrimonij copulatae; Gisala (de qua supra dictum est) S. Stephano Regi Hungarie, cui enixa est S. Emmericum, virginali castitate celebrem; & Hedvvisis, Lutberto, Burggrauiio Magdeburgensi, nupsit.

 DE LVDOLPHO, PRIMO
 MARCHIONE TVRINGIAE.

VERBO etiam aliquid dicere liceat de Ludolpho, Brunonis II. filio, & Brunonis I. qui Marchionum Saxonie, & Thuringie progenitor, & S. Henrici Patruus fuit,
 nepo-